



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 66. Clementis VIII. propositum de Molinæ Doctrina novo examini  
subjicienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

honore satiati semper novas ingerunt Sæc. XVII. A.C. 1602.  
 petitiones III. tam pertinaces sunt, ut se haud errare posse judicent. IV. Non  
 acquiescunt iudicio Censurum V. negotii exitum moris ac subterfugiis impediunt. VI. Ne Societati labes unius Authoris damnatione inuratur, æternos concitant tumultus. VII. Nec a communi Sanctorum Patrum præsertim S. Augustini sententia recedere reformidant. Hæc objecta refellere intentus Bastida P. livin. l. 4. c. 32. p. 322.  
 demum rogabat, ut Pontifex novam causæ cognitionem institueret, in qua S. Augustini sententia de controversis opinionibus publica disputatione expendere, eo quod non pauci multis rationibus demonstrassent, nimia severitate Censores æquitatis limites in censendo prætervectos, dum eas assertiones non modo falsitatis sed & erroris in fide notassent, quæ tamen inter doctores Catholicos hætenus magis usitatæ fuissent.

§. LXVI.

*Clementis VIII. propositum de Molinae doctrina novo examini subjicienda.*

Ne ergo Jesuitæ, antequam audirentur, se damnatos quererentur, Iidem Authores. ex Diario Pægnæ & actis Coronel.  
 summus Pontifex indictis prius publicis precibus



Sæc. XVII. A. C. 1602. precibus hoc anno die trigesima prima Januarii utriusque Ordinis supremi Moderatori instituendæ publicæ disputationis, ac finiendæ litis propositæ manifestabat, hancque in rem ipsi Cardinales, quorum toto quinti hujus examinis progressu omnino quindecim intererant, secum arbitros federe novosque quatuor Censores prioribus addere voluit, ne, ut olim Cognitorum paucitas prætexi posset, cæteros veteres Censores, qui jam ab anno 1597. in hoc negotio adlaborabant, confirmaret Pontifex. Nominabantur etiam quatuor Molinæ defensores scilicet PP. Valentia, Arrubal, Bastida & Joannes de Salas: ex Dominicanis duntaxat Alvarezio, & Lemosio contra Molinam actoris. Porro die decima quarta Februarii Pontifex per cubiculi sui Præfectum ad designatos hosce Censores Ordinisque Generales primæ disputationis argumentum trans mittebat, bina hac propositione comprehensum.

- I. *Quis majores vires ad bonum liberi arbitrio tribuat, an S. Augustinus, an Molina?*
- II. *An in libris S. Augustini legatur, constitutam esse a Deo legem infallibilem cum Christo Filio suo, ut quoties homo solis naturæ viribus fecerit totum*



*totum quod in se est, Deus illi tribuat gratiam: vel id sit de mente S. Augustini?* Sæc. XVII.  
A. C. 1602.

§. LXVII.

*Epistolæ Hispani Regis ad suum Oratorem.*

**H**is ita præmissis Sessæ Dux Hispanus apud Pontificem Orator die vigesima Februarii Philippum III. Regem de suscepto Clementis VIII. proposito certiore redderat, transmissis etiam præfatis duabus quæstionibus, quas Papa pro futura Congregatione Theologis & Censoribus tradiderat: quocirca Rex Catholicus Vallisoleti die quinto Aprilis hoc anno datis ad hunc Oratorem literis significabat, quod quidem hoc Pontificis consilium omnino ratum haberet, summopere tamen desideraret, ut Sanctitas sua auctore Spiritu Sancto citius decerneret, quid in controversia de Divina Gratia tenendum, credendumve sit, ne diuturniori dissidio Universitates, & Religiosi Ordines committantur; cum enim paulo ante non modo quidam Complutensis Academiæ Doctores, sed etiam Pater Melchior Ornate Jesuita, Præsidente Patre Ludovico Turriano ex eadem Societate Compluti publice ibidem inter ceteras Theses hanc

*Hist. Greg. 1.3. cap. 1. Ex relat. Pegnæ ad General. Inquis. Abrege de l'Hist. de auxiliis.*